



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Formularium Episcopale**

**Barbosa, Agostinho**

**Coloniae Agrippinae, 1680**

Formula LXXXVIII. Attestationis Natalium, morum & Professionis fidei.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10456**

cedimus, durante tamen absentia, ut Missæ sacrificium offerre possis, fidem præsenti scripto facimus, te nullâ Ecclesiastica censurâ esse innodatum, nec de aliquo criminae, quod sciamus, ad præsens inquisitum, vel diffamatum, sed bonis moribus præditum In quorum fidem &c. Dat. &c. Vide Concilium Bracharense IV. act. 3. cap. 7.

## FORMULA LXXXVIII.

*Attestationis Natalium, morum & Professionis fidei.*

D Rodericus &c. Universis, & singulis præsentes literas inspecturis, lectoris, & audituris, salutem in Domino sempiternam. Ad habendam de fide, moribus, doctrina, ætate, & natalibus certam scientiam dilecto nobis in CHRISTO N. Clerici Bracharensis pro parte illius requisiti fuimus, ut experitam super his inquisitionem facere dignaremur. Nos hujusmodi honesta requisitioni annuere volentes, providos viros Reverendos Doctores N.N. & N. quorum fidem, religionem & animi integritatem probatam habemus, & seorsum super vita, moribus, ætate, religionie, & natalibus præmissis medio juramento examinandos coram nobis duximus, & deinde collectis singulorum depositionibus compierimus, præfatum N. esse ætatis circiter triginta annorum clericali charactere lignitum; & in quatuor minibus Ordinibus ritè constitutum,

legitimis natalibus ortum, honestis moribus præditum, nec ulla prorsus hæresis labore pollutum, sed in communione fidelium qui sanctam Catholicon & Apostolicam Romanam Ecclesiam profitentur, constanter vixisse, & vivere, ac proinde nec parentibus ulla hæresis, aut perfidiae legitima infamia maculatis procreatrum, illumque in celebri Conimbricensi Academia in jure Canonico laureatum esse, inde subjectos de fide articulos illi coram nobis genibus flexis præsentibus probis viris Reverendis N. & N. testibus ad hæc vocatis & specialiter rogatis legendos, & profitendos juxta Bullam felicis record. Pii Papæ IV. tradimus, quibus ad unum alta & intelligibili voce perlectis, professus illa omnia & singula, sicut scripta sunt, omni tempore servaturum jure jurando promisit, & affirmavit in hunc qui sequitur modum, videlicet. Ego N. firma fide credo &c. In quorum fidem &c. Dat. &c.

## FORMULA LXXXIX.

*Acceptationis Alternative.*

D Rodericus &c. Beneficium, & gratiam Alternativæ per regulam Cancellariæ Apost. à S. D. N. D. Urbano divina providentia Papa VIII. non concessam, & promulgatam Romanæ in eadem Cancellaria Apostol. debitâ qua decet reyerentia, & gratiarum actione acceptare volentes, & intendentes, harum serie animum & vo-